

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1

Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott

Excerpt

[More information](#)

---

I.

DE TISCHENDORFIO.

---

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1

Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott

Excerpt

[More information](#)

**2**

	paginæ
1. De vita . . . . .	3—6
2. De scriptis . . . . .	7—22

---

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1

Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott

Excerpt

[More information](#)

## I.

## DE TISCHENDORFIO.

## 1.

## DE VITA.

**N**atus est Aenotheus Fridericus Constantinus Tischendorfius<sup>1</sup> die 18 mensis ianuarii anni 1815 Lengenfeldiae Saxonicae. Scholam Lengenfeldensem egressus, Plaviensem frequentavit, in qua eum summos consecutum esse honores ex scholae tabulis cognovi. Post dies paschales anni 1834 in numerum civium academicorum Lipsiensium ascitus est, ubi in studia philologica theologicaque toto animo annos fere quattuor incumbebat auspiciis Hermanni, Wineri, Winzeri, Illgenii, Grossmanni, Krehlii. Anno 1840 ad theologiae licentiati gradum promotus est, veniamque legendi impetravit. Eodem anno prodiit editio prima Tischendorfiana Novi Testamenti Graece, anno 1841 signata, quae laborum futurorum pignus fuit.

Die proximo ante diem Reformationis, quam dicunt,  
**1840 — 1844.** a. 1840 Parisios profectus est, in qua urbe codicem Ephraemi Syri rescriptum (C) perite legit, exscripsit, et edendum paravit, codices alios

<sup>1</sup> Joh. Ern. Volbeding, *Constantin Tischendorf in seiner fünfundzwanzigjährigen schriftstellerischen Wirksamkeit*, Lipsiae a. 1862; — Ezra Abbot, *The late professor Tischendorf; Unitarian Review*, Bostoniae, Mart. a. 1875; — C. R. Gregory, *Tischendorf; Bibliotheca Sacra*, Andoverae a. 1876, p. 153—193.

1\*

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
 Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott  
 Excerpt  
[More information](#)

in primisque codicem Claromontanum (D) epistularum Paulinarum examinavit vel exscripsit, duas Novi Testamenti Graece editiones emisit; inde autumno anni 1841 Hollandiam, aestate anni 1842 fere exacta Angliam visit. Parisiis mense ianuario anni 1843 relictis, Basileam, Carpentoracten visit, tum Romam, Neapolim, Florentiam, Venetas, Mutinam, Mediolanum, Augustam Taurinorum, Veronam, fere annum in Italia degens. Parisiis, in Batavia, in Anglia, Basileae, in Italia, nulla bibliotheca magna non usus est, codices Novi Testamenti Graecos perlustrans, conferens, describens, eo consilio ut codices omnes unciales, quos dicunt, proprio visu cognosceret. Codicem Vaticanum illum magnum, qui Romae est, signo B notatum, hoc tempore paene non vidit, quod Ang. Maius codicis huius tum editionem parabat; Tischendorfius ipse, qui codicem videre vehementer cupivit, nihilominus Maium in hac codicis occultatione recte egisse contendit; si potuisset fieri ut codicem videret, libenter vidisset, sed editor ipse editoris curam laudavit.

Idem consilium manuscriptorum videndorum secutus, 1844—1845. die 12 mensis martii anni 1844 ex Portu Liburnico cursum in Aegyptum direxit. Praeter codices varios in aliquo numero habendos, in monasterio quod est sub monte Sinaitico repperit codicis fragmentum postea codicem Friderico-Augustanum dictum, quod codicis Sinaitici pars prior est. Palaestina visa, Patmi bibliotheca uberrima explorata, Vindobonam venit, deinde Monachium, et mense ianuario anni 1845 Lipsiam iterum rediit.

Plurimi Tischendorfium valde vituperaverunt quod locum ex quo codicem Friderico-Augustanum deduxisset non statim publici iuris fecerit; et multi asseveraverunt eum de hac re falsa dixisse. Tischendorfius autem, cum in animo haberet ipse codicem edere, latebras eius nominare noluit, nihil in codicis praefatione scribens nisi: „venerabiles

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1

Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott

Excerpt

[More information](#)

## 1. DE VITA.

5

hae membranae antequam ex abiectis deperditisque voluminum antiquorum reliquis nuper a me protractae sunt, semper in Aegypto vel certe in Aegypti vicinia delituisse videntur;“ nescio an huic loco quoque aptum sit dicere monasterium Caïrense monasterio ad montem Sinaiticum sito praepositum esse. Et quis codicem repperisset, si Tischendorfius locum publici iuris fecisset? Porfirius, vir doctissimus sed rei palaeographicae non peritus? V. cl. Macdonald, miles Anglicus? An viator aliquis? Nemo vero rei gnarus arbitrabitur quenquam Tischendorfio excepto codicis partem posteriorem quam codicem Sinaiticum dicunt tam celeriter, tam accurate, tali diligentia, tali magnificentia, tam feliciter, editurum fuisse.

Adiit Londinium Parisios Oxonium anno 1849, quo anno editio Novi Testamenti Graece quarta **1849 — 1858.** Lipsiae prodiit, editio prima inter tres editiones Tischendorfianas praezellentes, quartam a. 1849, septimam a. 1859, octavam a. 1869 — 1872. Iterum orientis partes a. 1853 visit, et codices varios Graecos Syrios Georgicos Arabicos reportavit, quamquam codicis Friderico-Augustani partem alteram frustra quaesivit. Anno 1854 Guelferbytum Hamburgumque venit, a. 1855 Londinium, Oxonium, Cantabrigiam, a. 1856 Monachium, Sanctum Gallum, Turicum, tribus illis annis per tempus certum a munere suo academico vacans. Editio Novi Testamenti Graece septima critica maior, ut supra diximus, prodiit annis 1855 — 1858, anno 1859 signata.

Hos quattuordecim annos desiderio partis codicis **1859 — 1862.** Friderico-Augustani alterius tenebatur Tischendorfius. Tertium idque ultimum et felicissimum iter init die 5 mensis ianuarii anni 1859, et monasterium Sinaiticum die 31 ianuarii intravit. Bibliothecas tres monasterii diligenter exploravit, at codicem non repperit. Noluit de codice exquirere, ne eius pretium in monachorum oculis augeret, neve quominus eum videret,

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott

Excerpt

[More information](#)

impediretur. Die quarto februarii forte contigit, ut oeconomus ei codicem monstraret. Laetitia, spe, animo grato, vix suae mentis compos fuit. In cubiculo per noctem Barnabae epistulam exscripsit. Caii codicem totum duobus iuvantibus descripsit. Sed codicem in Europam portare ei non concessum fuit usque ad diem 28 mensis septembris, interimque Palaestinam Patmum visit. Mense novembri Petropolim venit, mense decembri Lipsiam. Praeter libros alios his annis in lucem editos, exscripsit Tischendorfius typis ad litterarum formas antiquarum conformatis, tomis quattuor maximis, codicem Sinaiticum et ineunte mense novembri anni 1862 editionem Russorum imperatori manu sua tradidit.

Nunc omnium codicum uncialium usu instructus ad **1864 — 1872.** Novi Testamenti Graece editionem novam criticam faciendam, partem primam mense octobri anni 1864 edidit. Anno 1865 Angliam visit, anno 1866 Italiam. Extremo anno 1872 pars undecima editionis Novi Testamenti Graece octavae criticae maioris eaque textus pars ultima prodiit.

Die 5 mensis maii anni 1873 morbo quem apoplexim vocant correptus, vitam undeviginti menses aegre ducens, die 7 mensis decembris anni 1874 vivere desiit.

Verbis his paucissimis Tischendorfii vitam tractavi, ut lector quasi filo ad res magnas a viro gestas componendas ducatur. De scholis eius academicis nihil dixi, quod haec laborum pars inferior erat; tempus, vim, se totum textui Novi Testamenti constituendo dedit. Praeterea, ut recte percipiatur operum ambitus latus et magnus, catalogum scriptorum eius adiunxi. Qui catalogum hunc non sine studio legerit, viri industriam, diligentiam, assiduitatem, magnam studiorum varietatem et copiam sane mirabitur.

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
 Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott  
 Excerpt  
[More information](#)

## 2. DE SCRIPTIS.

7

2.

## DE SCRIPTIS.

*Compendia:* Leipz. Rep. = Leipziger Repertorium; Allg. Zeit. (A.) = Allgemeine Zeitung (Augustae Vindelicorum); Jahrbü. d. Lit. = Jahrbücher der Literatur (Vindobonae).

Hic illie librorum pretium nummis Germanicis additum est.

1835. [Carmen parvum.] Dem Herrn Geheimen Rath von Langenn, bei seiner Abberufung von Leipzig nach Dresden dargebracht. *Abend-Zeitung*, Dresden u. Leipzig, Nr. 104, 1. Mai 1835.
1837. *Doctrina Pauli apostoli de vi mortis Christi satisfactoria.* Commentatio a S. V. Theologorum Lips. ord. praemio regio ornata. Lipsiae: Hinrichs. 8°. ff. 4, p. 64. 10 Ngr.
1838. *Maiknospen* [carmina lyricalia]. Leipzig: Kollmann. p. vi, 187 (1). 1 Thlr.
1839. *Disputatio de Christo, pane vitae, sive de loco evang. Ioann. c. VI. vv. 51—59, coenae sacrae potissimum ratione habita.* Praemio [Ammoniano] ornata. Lipsiae: Koehler. 8°. p. 83 (1). 10 Ngr.
- Der junge Mystiker oder die drei letzten Festzeiten aus seinem Leben. Eine biographische Skizze von Dr. Fritz. Leipzig: Köhler. p. 344 (1). 1 Thlr. 10 Ngr.
1840. *Die Geissler*, namentlich die grosse Geisselfahrt nach Strassburg im Jahre 1849. Frei nach dem Französischen [L. Schneegans]. Leipzig: Fritzsche. p. viii, 64. 10 Ngr.
- Dissertatio critica et exegetica de ev. Matth. c. XIX. 16 et sqq.* Lipsiae: Koehler. 8°. p. 20. 5 Ngr.
- De recensionibus quas dicunt Novi Testamenti ratione potissimum habita Scholzii.* Lipsiae: Koehler. 8°. p. 54 (1 d. 26. Oct. 1840). *Dissertatio ad facultatem legendi obtinendam scripta, iterumque publici iuris facta in prolegomenis Novi Testamenti Graece anni 1841.*

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
 Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott  
 Excerpt  
[More information](#)

- 1841. Novum Testamentum Graece.** Textum ad fidem antiquorum testium recens. brevem apparatus crit. una cum variis lectionibus Elzev., Knappii, Scholzii, Lachmanni subiunxit argumenta et locos parallelos indicavit, commen-tationem isagogicam notatis propriis lectionibus edd. Steph. iii. atque Milliana, Matthaiana, Griesbachiana praemisit A. F. C. T. Lipsiae: Koehler. 16°. p. lxxxv (1), 671, ff. 3. Duo ex tribus ff. sunt litterae Neapoli datae die festo S. Iohannis Baptistae anni 1843, huic editioni adiunctae.
- 1842. N. T. Gr.** Ad antiquos testes rec. lectionesque variantes Elz. Steph. Griesbachii notavit C. T. Paris.: Didot. 8°. ff. 3, p. iii—xxii, 534, 91. Editio non catholica.
- N. T. Gr. et Lat.** In antiquis testibus textum versionis vulgatae Latinae indagavit lectionesque var. Steph. et Griesb. notavit, V. S. V. Jager in consilium adhibito, C. T. (Editio DD. Affre archiep. Parisiensi dicata.) Paris.: Didot. 1842. 8° p. (vi), ix, 411, 39. 3 Thlr. 10 Ngr. Editio catholica.
- Eadem editio sine textu Latino. Paris. 1842, etc. 8°. 1 Thlr. Zur Kritik des Neuen Testaments. *Studien und Kritiken*, 1842. (H. 2), p. 496—511.
- 1843. Codex Ephraemi Syri rescriptus sive Fragmenta utriusque Test. e cod. Gr. Paris. celeberrimo quinti ut videtur p. Chr. saeculi. 2 tom. (Vol. ii. Fragmenta Novi Testamenti, 1843, Vol. i. Fr. Veteris Test. 1845.) Lipsiae: B. Tauchnitz. 4°. Vol. ii. 1843. ff. 4, p. 44, 358; cum tabula. 18 Thlr. Biblisch-kritisches Sendschreiben an David Schulz. (Litterae datae Romae die 24 mensis iunii a. 1843.) *Allgemeine Kirchenzeitung*, Darmstadii a. 1843, die 25 mensis iulii [XXII. n.], coll. 961—966.**
- Allg. Zeit. (A.) 1843. Nr. 261, Rom, 7. September; 261, Florenz, 10. September; 297, Romagna, 17. October.
- 1844. Allg. Zeit.** (A.) 1844. Nr. 101, Malta, 25. März; 156, Kairo, 2. Mai; 192, Reise zum Sinai; 238, Wanderung nach Jerusalem; 272, Die Insel Patmos; 273, Von Jerusalem nach Nazareth; 276, Paläologischer Fund; 308, Wanderungen in Constantinopel; 310 (5. Nov. 1844), Athen, 21. October: Zur Geschichte der Ministerien Maurokordatos und Kolettis. 355, Tischendorf.
- Neuer Beitrag zur neutestamentlichen Textkritik, namentlich zu der dieselbe betreffenden Paläographie. (Mit Beigabe einer Notiz über die griechischen Psalmenpapyrus zu London.) *Studien und Kritiken*, 1844. (H. 2), p. 471—496. In primis

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
 Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott  
 Excerpt  
[More information](#)

## 2. DE SCRIPTIS.

9

de codice E evangeliorum; vide p. 487—489. de editione Tischendorfiana codicis Ephraemi. Iterum separatim typis exscriptus, 1844. 8. p. 26.

**1845. Weihnachtspredigt.** Bei seiner Heimkehr aus dem Morgenlande in seiner Vaterstadt Lengenfeld gehalten. Leipzig: Koehler. 8°. p. 14.

**Codex Ephraemi Syri rescriptus.** Vol. i. Fragmenta Veteris Testamenti. ff. 4, p. 11, 177. Cum tabula. 9 Thlr. Vol. ii., Novum Testamentum continens, prodiit anno 1843. vide supra.

**Rechenschaft über meine handschriftlichen Studien auf meiner wissenschaftlichen Reise von 1840—1844.**

I. Die von mir aus dem Oriente im Original mitgebrachten Handschriften, in griechischer, syrischer, koptischer, arabischer, armenischer, äthiopischer, und arabisch-drusischer Sprache, p. 1—15.

II. Die Bibliothek in Patmos, p. 15—19. *Jahrbb. d. Lit.*, Wien, Bd. cx. 1845, *Anzeige-Blatt*, p. 1—19.

III. Die Patriarchalbibliothek zu Kairo, p. 25—30.

IV. Die Bibliothek des Sinaitenklosters zu Kairo, p. 30—40. Anhang zum ersten Artikel (vide I. supra), p. 40—42. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxii. 1845, *Anz.-Blatt*, p. 25—42.

Allg. Zeit. (A.) 1845. Nr. 2, Besuch bei Mehmed Ali; 4, Jerusalem (hi duo Monatsblättern insunt); 92, Leipzig, 15. März; 226, 227, Koptische Klöster; 342, Das heilige Grab.

**1846. Reise in den Orient.** 2 voll. Leipzig, 1846. B. Tauchnitz. 3 Thlr. 15 Ngr. Translatio Anglica a W. L. Schuckardio: *Travels in the East.* London 1847. 8°. p. xvi, 287.

**Monumenta sacra inedita sive reliquiae antiquissimae textus Novi Test. Gr. ex novem plus mille annorum codicibus per Europam dispersis.** Lipsiae: B. Tauchnitz. 4°. p. 29 (1), 431. Cum 3 tabulis. 18 Thlr.

**Codex Friderico-Augustanus sive Fragmenta Veteris Test. e cod. Graeco omnium qui in Europa supersunt facile antiquissimo.** In oriente detexit in patriam attulit ad modum codicis ed. C. T. Lipsiae: Koehler. fol. p. 23, ff. 43. 32 Thlr. Haec sunt folia quadraginta tria codicis Sinaitici anno 1844 inventa.

**Das feste christliche Herz** mitten in den kirchlichen Bewegungen der Gegenwart. Predigt am 6. Trinitatissonntag 1846 in der Universitätskirche zu Leipzig gehalten. Leipzig: B. Tauchnitz. 8°. p. 15.

Cambridge University Press

978-1-108-06225-1 - Novum Testamentum Graece: Volume 3 – Part 1  
 Edited by Constantin von Tischendorf, Caspar René Gregory and Ezra Abbott  
 Excerpt  
[More information](#)

10

## I. DE TISCHENDORFIO.

**1846. Rechenschaft über meine, etc.**

V. Die Bibliothek des St. Katharinenklosters am Fusse des Sinai. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxiv. 1846, *Anzeige-Blatt*, p. 45—58.  
*Allg. Zeit. (A.)* 1846. Nr. 3, Der Sinai; 15, Anglikan. Bis-thum in Jerusalem.

**1847. De Israelitarum per mare rubrum transitu. Cum tabula.** Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. 32. 10 Ngr.

**De libro suo:** *Mon. sac. ined.*, 1846, et de libello modo dicto. *Leipz. Rep.*, 6. Aug. 1847, vol. xix. p. 201—205.

**Evangelium Palatinum ineditum sive Reliquiae textus evangeliorum Latini ante Hieron. versi ex cod. Palatino purpureo IV. vel V. p. Chr. saeculi.** Lipsiae: Brockhaus. 4°. p. xxvii, 456. Cum tabula. 18 Thlr.

**Rechenschaft über meine, etc.**

Die griechischen Uncialcodices für den neutestamentlichen Text. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxvii. 1847, *Anzeige-Blatt* p. (1), 2—24.

Arbeiten über die alte latein. Uebersetzung des neuen Testaments.

1. Der Bobbienser Palimpsest auf der kaiserlichen Bibliothek zu Wien. p. 36—43.

2. Die Bobbienser Evangelienfragmente zu Turin. p. 43—56. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxx. 1847, *Anz.-Blatt*, p. 36—56.

**Nachricht vom vaticanischen Bibelcodex.** *Studien und Kritiken*, 1847. (H. 1), p. 129—152, cum tabula. Iterum separatis expressa, anno dato 1846. 8. p. 24, cum tabula.

**Die Manuscripta Tischendorfiana** in der Universitäts-Bibliothek zu Leipzig, mit Einschluss der übrigen von Prof. Dr. Tischendorf von seiner orientalischen Reise mitgebrachten . . . Manuscripte, u. s. w. *Serapeum. Zeitschrift für Bibliothekswissenschaft, Handschriftenkunde und ältere Literatur.* Leipzig, 28. Feb. 1847, Nr. 4, p. 49—61. 15. Mai, Nr. 5, p. 65—78.

**De vol. 2. libri sui: Reise in d. Orient:** *Leipziger Repertorium*, 20. Aug. 1847, vol. xix. p. 305—307.

**De libro suo: Evangelium Palatinum:** *Leipziger Repertorium*, 29. Oct. 1847, vol. xx. p. 161—164.

**1848. Rechenschaft über meine, etc.**

2. Die Bobbienser Ey.-Frag. zu Turin (cont.). *Jahrbb. d. Lit.*, Wien, Bd. cxxi. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 50—72; Bd. cxxiii. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 40—46; Bd. cxxiv. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 1—8.